

Sam Hood Prize 2027

Passages for translation

Choose any one of the following passages and make a creative translation.

Multiple entries from the same person are not permitted. Further details of the prize are found in the inside back cover of *Omnibus* 92 and full details on how to enter will be found on the inside back cover of *Omnibus* 93.

Latin

Livy 1.59.3–10:

elatum domo Lucretiae corpus in forum deferunt concientque miraculo, ut fit, rei novae atque indignitate homines. pro se quisque scelus regium ac vim queruntur. movet cum patris maestitia, tum Brutus castigator lacrimarum atque inertium querellarum auctorque, quod viros, quod Romanos deceret, arma capiendi adversus hostilia ausos. ferocissimus quisque iuvenum cum armis voluntarius adest; sequitur et cetera iuventus. inde parte praesidio relicta Collatiae custodibusque ad portas locatis, ne quis eum motum regibus nuntiaret, ceteri armati duce Bruto Romam profecti. ubi eo ventum est, quacumque incedit armata multitudo, pavorem ac tumultum facit; rursus ubi anteire primores civitatis vident, quidquid sit, temere esse rentur. nec minorem motum animorum Romae tam atrox res facit, quam Collatiae fecerat. ergo ex omnibus locis urbis in forum curritur. quo simul ventum est, praeco ad tribunum celerum, in quo tum magistratu forte Brutus erat, populum advocavit. ibi oratio habita nequaquam eius pectoris ingeniique, quod simulatum ad eam diem fuerat, de

vi ac libidine Sex. Tarquini, de stupro infando Lucretiae et miserabili caede, de orbitate Tricipitini, cui morte filiae causa mortis indignior ac miserabilior esset. addita superbia ipsius regis miseriaeque et labores plebis in fossas cloacasque exhaustas demersae; Romanos homines, victores omnium circa populorum, opifices ac lapidas pro bellatoribus factos. indigna Servi Tulli regis memorata caedis et inuenta corpori patris nefando vehiculo filia, invocatique ultores parentum dii. his atrocioribusque, credo, aliis, quae praesens rerum indignitas haudquaquam relatu scriptoribus facilia subicit, memoratis incensam multitudinem perpulit, ut imperium regi abrogaret exulesque esse iuberet L. Tarquinius cum coniuge ac liberis.

Virgil *Eclogue* 9.1–29

Lycidas

te, Moeri, pedes? an, quo via ducit, in urbem?

Moeris

O Lycida, vivi pervenimus, advena nostri
(quod numquam veriti sumus) ut possessor agelli
diceret: “Haec mea sunt; veteres migrate coloni!”
nunc victi, tristes, quoniam Fors omnia versat,
hos illi—quod nec vertat bene—mittimus haedos.

Lycidas

Certe equidem audieram, qua se subducere colles
incipiunt, mollique iugum demittere clivo,
usque ad aquam et veteres (iam fracta cacumina) fagos
omnia carminibus vestrum servasse Menalcan.

Moeris

Audieras, et fama fuit; sed carmina tantum
nostra valent, Lycida, tela inter Martia, quantum
Chaonias dicunt aquila veniente columbas.
quod nisi me quacumque novas incidere lites
ante Sinistra cava monuisset ab ilice cornix,
nec tuus hic Moeris, nec viveret ipse Menalcas.

Lycidas

Heu, cadit in quemquam tantum scelus? Heu, tua nobis
paene simul tecum solatia rapta, Menalca?
quis caneret nymphas; quis humum florentibus herbis
spargeret, aut viridi fontes induceret umbra?
vel quae sublegi tacitus tibi carmina nuper,
cum te ad delicias ferres, Amaryllida, nostras?
Tityre, dum redeo—brevis est via—pasce capellas,
et potum pastas age, Tityre, et inter agendum
occursare capro, cornu ferit ille, caveto.

Moeris

Immo haec, quae Varo necdum perfecta canebat:
“Vare, tuum nomen, superet modo Mantua nobis—
Mantua, vae miserae nimium vicina Cremonae—
cantantes sublime ferent ad sidera cycni.”

Juvenal *Satires* 1.1–30

semper ego auditor tantum? numquamne reponam
vexatus totiens rauci Theseide Cordi?
inpune ergo mihi recitaverit ille togatas,

hic elegos? inpune diem consumpserit ingens
Telephus aut summi plena iam margine libri
scriptus et in tergo necdum finitus Orestes?
nota magis nulli domus est sua quam mihi lucus
Martis et Aeoliis vicinum rupibus antrum
Vulcani. Quid agant venti, quas torqueat umbras
Aeacus, unde alius furtivae devehat aurum
pelliculae, quantas iaculetur Monychus ornos,
Frontonis platani convulsaque marmora clamant
semper et adsiduo ruptae lectore columnae:
expectes eadem a summo minimoque poeta,
et nos ergo manum ferulae subduximus, et nos
consilium dedimus Sullae, privatus ut altum
dormiret; stulta est clementia, cum tot ubique
vatibus occurras, periturae parcere chartae.
cur tamen hoc potius libeat decurrere campo
per quem magnus equos Auruncae flexit alumnus,
si vacat ac placidi rationem admittitis, edam.
Cum tener uxorem ducat spado, Mevia Tuscum
figat aprum et nuda teneat venabula mamma,
patricos omnis opibus cum provocet unus
quo tondente gravis iuveni mihi barba sonabat,
cum pars Niliacae plebis, cum verna Canopi
Crispinus Tyrias umero revocante lacernas
ventilet aestivum digitis sudantibus aurum,
nec sufferre queat maioris pondera gemmae,
difficile est saturam non scribere.

Greek

Sophocles *Aias* 646–76

ἅπανθ' ὁ μακρὸς κἄναρίθμητος χρόνος
φύει τ' ἄδηλα καὶ φανέντα κρύπτεται·
κοῦκ ἔστ' ἄελπτον οὐδέν, ἀλλ' ἀλίσκεται
χῶ δεινὸς ὄρκος καὶ περισκελεῖς φρένες.
κἀγὼ γάρ, ὅς τὰ δειν' ἐκαρτέρουν τότε,
βαφῇ σίδηρος ὥς ἐθελύνθην στόμα
πρὸς τῇσδε τῆς γυναικός· οἰκτίρω δέ νιν
χήραν παρ' ἐχθροῖς παῖδά τ' ὀρφανὸν λιπεῖν.
ἀλλ' εἴμι πρὸς τε λουτρὰ καὶ παρακτίους
λειμῶνας, ὥς ἂν λύμαθ' ἀγνίσας ἐμὰ
μῆνιν βαρεῖαν ἐξαλύξωμαι θεᾶς·
μολῶν τε χῶρον ἔνθ' ἂν ἀστιβῇ κίχῳ,
κρύψω τόδ' ἔγχος τοῦμόν, ἔχθιστον βελῶν,
γαίας ὀρύξας ἔνθα μή τις ὄψεται·
ἀλλ' αὐτὸ νύξ Ἄιδης τε σωζόντων κάτω.
ἐγὼ γὰρ ἐξ οὗ χειρὶ τοῦτ' ἐδεξάμην
παρ' Ἑκτορος δῶρημα δυσμενεστάτου,
οὔπω τι κεδνὸν ἔσχον Ἀργείων πάρα.
ἀλλ' ἔστ' ἀληθὴς ἡ βροτῶν παροιμία,
ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα κοῦκ ὀνήσιμα.
τοιγὰρ τὸ λοιπὸν εἰσόμεσθα μὲν θεοῖς
εἴκειν, μαθησόμεσθα δ' Ἀτρεΐδας σέβειν.
ἄρχοντές εἰσιν, ὥσθ' ὑπεικτέον. τί μῆν;
καὶ γὰρ τὰ δεινὰ καὶ τὰ καρτερώτατα
τιμαῖς ὑπείκει· τοῦτο μὲν νιφοστιβεῖς

χειμῶνες ἐκχωροῦσιν εὐκάρπῳ θέρει·
ἐξίσταται δὲ νυκτὸς αἰανῆς κύκλος
τῇ λευκοπώλῳ φέγγος ἡμέρᾳ φλέγειν·
δεινῶν τ' ἄημα πνευμάτων ἐκοίμισε
στένοντα πόντον· ἐν δ' ὁ παγκρατῆς ὕπνος
λύει πεδήσας, οὐδ' αἰὲ λαβὼν ἔχει.

Aristophanes *Thesmophoriazousai* 383–413

φιλοτιμία μὲν οὐδεμιᾶ μὰ τῷ θεῷ
λέξουσ' ἀνέστην ὦ γυναῖκες· ἀλλὰ γὰρ
βαρέως φέρω τάλαινα πολὺν ἤδη χρόνον
προπηλακίζομένας ὁρῶς ἡμᾶς ὑπὸ
Εὐριπίδου τοῦ τῆς λαχανοπωλητρίας
καὶ πολλὰ καὶ παντοῖ' ἀκουούσας κακά.
τί γὰρ οὗτος ἡμᾶς οὐκ ἐπισμῇ τῶν κακῶν;
ποῦ δ' οὐχὶ διαβέβληχ', ὅπουπερ ἔμβραχυ
εἰσὶν θεαταὶ καὶ τραγωδοὶ καὶ χοροί,
τὰς μοιχοτρόπους, τὰς ἀνδρεραστίας καλῶν,
τὰς οἰνοπότιδας, τὰς προδότιδας, τὰς λάλους,
τὰς οὐδὲν ὑγιές, τὰς μέγ' ἀνδράσιν κακόν·
ὥστ' εὐθὺς εἰσιόντες ἀπὸ τῶν ἱκρίων
ὑποβλέπουσ' ἡμᾶς σκοποῦνταί τ' εὐθέως
μὴ μοιχὸς ἔνδον ἦ τις ἀποκεκρυμμένος.
δρᾶσαι δ' ἔθ' ἡμῖν οὐδὲν ὥσπερ καὶ πρὸ τοῦ
ἔξεστι· τοιαῦθ' οὗτος ἐδίδαξεν κακὰ
τοὺς ἄνδρας ἡμῶν· ὥστ' εἴανπερ τις πλέκη
γυνὴ στέφανον, ἐρᾶν δοκεῖ· κἂν ἐκβάλῃ
σκευὸς τι κατὰ τὴν οἰκίαν πλανωμένη,
ἀνὴρ ἐρωτᾷ, 'τῷ κατέαγεν ἡ χύτρα;

οὐκ ἔσθ' ὅπως οὐ τῷ Κορινθίῳ ξένῳ.
κάμνει κόρη τις, εὐθὺς ἀδελφὸς λέγει,
τὸ χρῶμα τοῦτό μ' οὐκ ἀρέσκει τῆς κόρης.
εἶεν, γυνή τις ὑποβαλέσθαι βούλεται
ἀποροῦσα παιδων, οὐδὲ τοῦτ' ἔστιν λαθεῖν.
ἄνδρες γὰρ ἤδη παρακάθηνται πλησίον·
πρὸς τοὺς γέροντάς θ' οἱ πρὸ τοῦ τὰς μείρακας
ἤγοντο, διαβέβληκεν, ὥστ' οὐδεὶς γέρων
γαμεῖν ἐθέλει γυναῖκα διὰ τοῦτος τοδὶ
δέσποινα γὰρ γέροντι νυμφίῳ γυνή.

Lucian *Dionysos* 7

ἃ μὲν οὖν πάσχουσιν οἱ παῖδες ἐπειδὰν πίωσιν, ἢ οἷα οἱ ἄνδρες
τολμῶσι κατεχόμενοι τῷ Πανί, μακρὸν ἂν εἴη λέγειν· ἃ δ' οἱ
γέροντες ποιοῦσιν, ὅταν μεθυσθῶσιν τοῦ ὕδατος, οὐκ ἀλλότριον
εἰπεῖν· ἐπειδὰν πῖῃ ὁ γέρων καὶ κατάσχη αὐτὸν ὁ Σιληνός, αὐτίκα
ἐπὶ πολὺ ἄφωνός ἐστι καὶ καρηβαροῦντι καὶ βεβαπτισμένῳ ἔοικεν,
εἶτα ἄφνω φωνή τε λαμπρὰ καὶ φθέγμα τορὸν καὶ πνεῦμα λιγυρὸν
ἐγγίγνεται αὐτῷ καὶ λαλίστατος ἐξ ἀφωνοτάτου ἐστίν, οὐδ' ἂν
ἐπιστομίσας παύσειας αὐτὸν μὴ οὐχὶ συνεχῇ λαλεῖν καὶ ῥήσεις
μακρὰς συνείρειν. συνετὰ μέντοι πάντα καὶ κόσμια καὶ κατὰ τὸν
Ὅμηρου ἐκείνον ῥήτορα· νιφάδεσσι γὰρ εἰκότα χειμερίησι
διεξέρχονται, οὐδ' ἀποχρήσει σοι κύκνοις κατὰ τὴν ἡλικίαν
εἰκάσαι αὐτοὺς, ἀλλὰ τεττιγῶδές τι πυκνὸν καὶ ἐπίτροχον
συνάπτουσιν ἄχρι βαθείας ἐσπέρας. τοῦντεῦθεν δὲ ἤδη ἀφεθείσης
αὐτοῖς τῆς μέθης σιωπῶσι καὶ πρὸς τὸ ἀρχαῖον ἀνατρέχουσι. τὸ
μέντοι παραδοξότατον οὐδέπω εἶπον· ἦν γὰρ ἀτελῇ ὁ γέρων
μεταξὺ καταλίπη ὃν διεξήει τὸν λόγον, δύντος ἡλίου κωλυθεὶς ἐπὶ
πέρας αὐτὸν ἐπεξελθεῖν, ἐς νέωτα πιῶν αὐθις ἐκεῖνα συνάπτει ἃ
πέρυσι λέγοντα ἢ μέθη αὐτὸν κατέλιπεν.